



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes,
a la imprenta de Calatrava.

BENDICIÓN DE SU SANTIDAD

Tan pronto nuestro Excmo. y Rvdmo. Prelado tuvo noticia cierta de la firma del Concordato y Tratado entre la Santa Sede e Italia, envió al Soberano Pontífice la expresión del gozo grande que en tan feliz y trascendental suceso experimenta toda la Diócesis Salmantina, reiterando con este motivo la fervorosa protesta de adhesión y amor hacia el Supremo Pontificado y el gloriosísimo Papa, que actualmente lo ejerce, de parte de todo el clero y fieles diocesanos.

El Emmo. Cardenal Secretario de Estado, se dignó, contestar con el siguiente cablegrama:

**“OBISPO DE SALAMANCA. ROMA 21 FEBRE-
RO. SU SANTIDAD, VIVAMENTE AGRADECIDO,
BENDICE A TODOS.—Cardenal Gasparri.”**

Ponemos el Augusto despacho sobre nuestra cabeza,
y al recibir con fervor y agradecimiento profundísimos

la Bendición del Papa-Rey, elevamos al Cielo, invitando para que hagan igual a nuestros amadísimos Hermanos e Hijos, preces rendidas por la conservación e incolumidad de nuestro Santísimo Padre Pío XI, por la ratificación de los dichos Concordato y Tratado, y por el reconocimiento y acatamiento prontos y universales de la Realeza de Nuestro Señor Jesucristo.

CONCURSO GENERAL DE PARROQUIAS

Convócase a la firma para terceras Propuestas

NOS EL DOCTOR DON FRANCISCO FRUTOS VALIENTE,


POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA
OBISPO DE SALAMANCA.

HACEMOS SABER: Que acabadas las segundas Propuestas para la provisión de Parroquias vacantes en Nuestro Obispado y habiéndose posesionado ya de sus respectivos Curatos todos los que aceptaron la Real Cédula de su nombramiento de fecha 5 de Febrero último, hemos resuelto proveer en terceras Propuestas las Parroquias no provistas en las anteriores o que han vacado con posterioridad a las mismas. En su virtud, por el presente llamamos y citamos a todos los señores concursantes aprobados que no obtuvieron Parroquia en las Propuestas anteriores para que, desde esta fecha hasta las dos de la tarde del día 12 del presente mes de Marzo, comparezcan por sí, o por representante, en Nuestra Cancillería-Secretaría y firmen las Parroquias que deseen obtener de entre las que a continuación del presen-

te se expresan; advirtiéndose que la firma deberá hacerse como se dijo para las precedentes provisiones.

Dado en Salamanca a primero de Marzo de mil novecientos veintinueve.

† FRANCISCO, Obispo de Salamanca.



Por mandado de S. E. R. el Obispo,
mi Señor,

DR. ELIAS RAMOS,

Canc.-Srio.

PARROQUIAS VACANTES

TITULAR

PARROQUIAS

De Ascenso, con 2.000 pesetas

San Bartolomé.....	en Cepeda.
San Miguel.....	en Almendra.
La Visitación.....	en Carrascal del Obispo, con su anejo Pedro Martín.

De Entrada, con 1.900 pesetas

San Pedro Apóstol.....	en Tardáguila.
La Asunción.....	en Sando de Santa María.
Santos Cornelio y Cipriano..	en Villaverde de Guareña.
Santo Domingo.....	en Calzada de Don Diego.
San Andrés.....	en Campillo de Salvatierra.
Nuestra Señora del Rosario.	en Ejeme, con su anejo Portillo.
San Andrés.....	en Fuentes de Masueco.
San Cipriano.....	en Villarmuerto.
Santa Catalina.....	en Anaya de Huebra.

Rurales, con 1.850 pesetas

Santa Elena.....	en	Moscosa, con su anejo Cuadrilleros.
San Juan.....	en	Moraleja de Huebra, con su anejo Segoyuela de los Cornejos.
Santa Cruz.....	en	Aldeaseca de Armuña.
La Magdalena.....	en	Carrascal de Pericalvo.
San Benito.....	en	Tornadizos.
San Blas.....	en	Avililla.
San Miguel.....	en	Berganciano.

Real Carta de Ruego y Encargo

Por el Ministerio de Justicia y Culto se Nos transmite la siguiente:

“**El Rey**”

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Administradores Apostólicos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía y Vicario general Castrense:

Profundamente apenado Mi ánimo por la inesperada muerte de Mi muy amada madre S. M. la Reina D.^a María Cristina (q. D. h.), Os pido en esta gran tribulación que elevéis vuestras preces al Todopoderoso por el eterno descanso de su alma y para que nos conceda los consuelos que sólo nuestra santa Fé Católica puede dispensar en los hondos pesares y en las grandes tristezas de la vida. En esta misma Fé descansa Mi confianza de que Mi muy amada madre goza en la paz del Señor el premio debido a su bondad y a la ejemplaridad de sus virtudes con que nos edificó durante su paso por la Tierra. Así lo pedimos a Dios fervorosamente.

Y seguro como estoy de hallaros asociados al inmenso duelo que aflige a la Real Familia; por la presente Os Ruego y Encargo dispongáis que en las Iglesias de vuestra jurisdicción se celebren los sufragios de costumbre por el eterno descanso de la Augusta finada.

En ello Me serviréis, y de la presente y de lo que en su vista dispongáis, daréis aviso a Mi Ministro de Justicia y Culto.

Dada en Palacio a ocho de Febrero de mil novecientos veintinueve.

YO EL REY

El Ministro de Justicia y Culto,
GALO PONTE ESCARTÍN.

Al Ilmo. Sr. Obispo de Salamanca.

* * *

El dolor grande y profundo con que toda Nuestra amada diócesis recibió la noticia del fallecimiento de la Reina ejemplarísima (q. s. g. h.), dolor harto justificado por la admiración y el amor que inspiraron a todos las excelsas virtudes de la finada y por la pérdida enorme que con su muerte la Patria experimenta, Nos permite creer como cosa ciertísima que muchos Hermanos nuestros, adelantándose a la recepción de esta Real Carta, han celebrado ya sufragios en sus iglesias por el alma de la Augusta Señora.

Así hizo juntamente con Nós el Ilmo. Cabildo Catedral, celebrándose en la Basílica, con extraordinaria solemnidad, el lunes 18 de Febrero, las Honras Fúnebres, con asistencia de todas las Autoridades, Corporaciones, Entidades oficiales y un público numerosísimo que ofreció muy hermosa y espontánea manifestación de su sentimiento.

Con todo, acatando reverentemente el Encargo de S. M. el Rey (q. D. g.) e identificado con sus piadosos deseos como lo estamos con su pena, venimos en dispo-

ner: En todas las iglesias de Nuestra jurisdicción, donde no se hayan tenido, celébranse a la mayor brevedad sufragios por el alma de S. M. la Reina D.^a María Cristina (q. e. p. d.), invitándose a ellos a las Autoridades, elemento oficial, escuelas y al pueblo, y dándoseles toda la solemnidad posible.

Salamanca, 1 de Marzo de 1929.

† FRANCISCO, Obispo de Salamanca.

CIRCULAR DEL PRELADO

SOBRE EL

CONGRESO MARIANO HISPANO-AMERICANO DE SEVILLA

Al venerable clero y pueblo fiel del Obispado.

Paz en Cristo Rey

Se acerca, dignísimos Hermanos y amadísimos Hijos, el tiempo prefijado (del 15 al 21 de Mayo) para la celebración del Congreso Mariano Hispano-Americano de Sevilla.

En la bella Ciudad de la Giralda, de la que justamente se ufana España, congregados nuestros hermanos de Portugal y los representantes de tantos pueblos que Iberia genial y noble descubrió a la Civilización y trajo a la vida superior de la Fe, todos puestos bajo la protección divina de la Santísima Virgen de los Reyes, nuestra querida Patria ha de mostrarse durante aquellos días como el pueblo más Mariano de la tierra.

La exposición patente y opulenta de su Marianismo, del pasado y del presente, y hasta, virtualmente a lo menos, del porvenir, debe superar a cuanto se exponga de las restantes riquezas nacionales juntas, en proporción a la inmensa superioridad que goza el tesoro de nuestra Fe colectiva sobre todos los otros, en que podremos ser igualados y aun excedidos por distintos pueblos.

Colecta de Viernes Santo

Recordamos a los Sres. Párrocos y encargados de parroquias el mandato de Nuestro Santísimo Padre León XIII, en sus Letras Apostólicas de 27 de Diciembre de 1887, referentes a la *Colecta* que han de practicar, en sus respectivas iglesias, el Jueves y Viernes Santo, en el acto de adorar la Cruz, con destino a los Santos Lugares de Jerusalén.

Como en años anteriores, remitirán las limosnas colectadas a la Administración de Pías fundaciones, que, a su vez, se encargará de enviarlas oportunamente a su destino. Salamanca, 1 de Marzo de 1929.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE LITURGIA DEQUE CANTU GREGORIANO ET MUSICA SACRA COTIDIE MAGIS PROVEHENDIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divini cultus sanctitatem tuendi cum Ecclesia a Conditorum Christo munus acceperit, eiusdem est profecto, salva quidem Sacrificii et sacramentorum substantia, ea praecipere— caerimonias nempe, ritus, formulas, preces, cantum— quibus ministerium illud augustum et publicum optime regatur, cuius peculiare nomen est *Liturgia*, quasi actio sacra praecellenter. Atque res utique sacra est liturgia; per eam enim ad Deum evehimur ipsique coniungimur, fidem nostram testamur nosque gravissimo ei obligamur officio ob accepta beneficia et auxilia, quibus perpetuo indigemus. Hinc intima quaedam necessitudo inter dogma et liturgiã sacram, itemque inter cultum christianum et populi sanctificationem. Quapropter Caelestinus I fidei canonem expressum esse censebat in venerandis liturgiae formulis; ait enim: "*legem cre-*

dendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium praesules mandata sibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, et tota se cum Ecclesia congemiscente postulant et precantur, (1).

Quae communes supplicationes primum *opus Dei*, deinde *officium divinum* appellatae, quasi debitum cotidie Deo solvendum, noctu dieque olim fiebant, magna quidem christianorum frequentia. Ac mirum quantum iam inde ab ipsa antiquitate temporum ingenuae illae cantilenae, quae sacras preces actionemque liturgicam exornabant, ad fovendam in populo pietatem contulerunt. Namque in veteribus praesertim basilicis, ubi episcopus, clerus populusque divinas laudes alterne concinebant, non parum liturgici cantus eo valere ut plurimi ex barbaris ad christianum civilemque cultum, historia teste, adducerentur. In templis catholicae rei oppugnatores altius sanctorum communionis dogma didicerunt; quamobrem Valens imperator, arianus, prae divini mysterii maiestate, a S. Basilio peracti, stupore quodam insolito correptus, animo deficiebat; ac Mediolani S. Ambrosius ab haereticis arguebatur se turbas liturgicis cantibus fascinare, quibus quidem percussus Augustinus consilium cepit Christi fidem amplectendi. In ecclesiis deinde, ubi ex tota fere civitate chorus ingens fiebat, opifices, aedium fabri, pictores, sculptores, litterarum ipsi studiosi, per liturgiam ea theologiarum rerum cognitione imbuebantur, quae hodie ex illius aetatis mediae monumentis tantopere elucet.

Ex his intelligitur cur Romani Pontifices tantam adhibuerint sollicitudinem in liturgia tutanda et custodienda; et quemadmodum tam multa erat eis cura in dogmate aptis verbis exprimendo, ita liturgiae sacrae leges ordinare, tueri et ab omni adulteratione praeservare studuerint. Itemque patet cur Sancti Patres liturgiam sacram (seu *supplicandi legem*) verbis scriptisque commentati sint; et Tridentinum Concilium voluerit eam esse christiano populo exponendam et explicandam.

Quod vero ad nostra haec tempora attinet, Pius X, abhinc annos xxv, in praescriptionibus illis *Motu Proprio* promulgandis, quae ad cantum gregorianum et musicam sacram pertinent, hoc in primis sibi proposuit ut scilicet christianum spiritum in populis excitaret et aleret, ea sapienter removendo quae templi sanctitudinem maiestatemque dedecerent. Etenim ob eam causam ad aedes sacras fideles conveniunt

(1) *Epist. ad episcopos Galliarum, Patrol, Lat., L. 535.*

ut pietatē inde, tamquam ex praecipuo fonte, hauriant, veneranda Ecclesiae mysteria ac publicas sollemnesque preces actuose participando. Permagni igitur interest quidquid est liturgiae ornamentum normis quibusdam praecipisque Ecclesiae contineri, ut artes reapse, velut par est, quasi ancillae nobilissimae divino cultui inserviant; quod quidem nedum in detrimentum, in maiorem potius dignitatem splendoremque ipsarum artium quae in sacris locis adhibentur certe cedit. Idque mirum sane in modum in musica sacra effectum est: ubicumque enim praescriptiones illae diligenter sunt in usum deductae, ibidem cum lectissimae artis venustates reviviscere, tum religiosi spiritus late florere coeperunt; propterea quod populus christianus, liturgico sensu altius imbutus, et eucharisticum ritum et psalmodiam sacram et supplicationes publicas participare impensius consuevit. Quod Nos quidem ipsi tum incunde experti sumus, cum, primo Pontificatus Nostri anno, ingens clericorum chorus ex omni natione liturgiam sollemnem, quam in Vaticana Basilica celebravimus, gregoriano cantu nobilitavit.

Iam vero dolendum hic est quibusdam in locis eas leges sapientissimas plene non fuisse in usum deductas; ideoque optatos fructus inde perceptos non esse. Namque probe novimus vel dictitasse aliquos se eis legibus non teneri quae tam sollemniter edictae fuerant; vel nonnullos, primum quidem iisdem paruisse, sed pedetentim ei musicae generi indulsisse quod est omnino a templis arcendum; vel denique alicubi, cum praesertim saecularia sollemnia in memoriam celebrarentur musicorum illustrium, causam inde quaesitam esse quaedam opera in templo exsequendi quae, quamvis praeclara, cum sacri loci et liturgiae sanctitati non congruerent, in ecclesiis nequaquam erant adhibenda.

At tamen, quo clerus populusque eis legibus et praescriptionibus, quae sancte, inviolateque in Ecclesia universa servandae sunt, religiosius pareat, nonnulla haec adiicere placet, quae nempe hoc xxv annorum spatio experiendo didicimus. Idque eo libentius Nos facimus quod hoc anno non solum musicae sacrae restorationis, quam diximus, recordatio, sed etiam memoria monachi illius Guidonis Arretini celebrata est; qui, cum circiter abhinc annos nongentos, Romani Pontificis iussu, in Urbem venisset, ingeniosum illud suum inventum protulit, quo liturgici cantus, iam inde ab antiquitate traditi, et facilius evulgarentur, et, ad Ecclesiae artisque ipsius utilitatem ac decus, integre servarentur in

posterum. In Lateranis aedibus, ubi antea S. Gregorius Magnus, monodiae sacrae thesauro—hereditate quidem monumentoque Patrum—collecto, digesto et aucto, *Scholam* illam percelebrem, ad veram liturgicorum cantuum interpretationem perpetuandam, tam sapienter constituerat. Guido monachus experimentum egit mirifici sui inventi, coram romano clero ipsoque Pontifice Maximo; qui, rem eximie probando meritaque laude prosequendo, hoc effecit ut eadem innovatio longe lateque paulatim propagaretur, atque omne musicae artis genus magnum inde caperet incrementum.

Omnibus igitur Episcopis atque Ordinariis, quibus quidem, cum sint liturgiae custodes, de sacris artibus in ecclesiis cura esse debet, nonnulla hic Nos commendare volumus, quasi optatis respondentes, quae ex tot musicis congressionibus, praecipueque ex recentiore conventu, Romae habito, Nobis significarunt non pauci sacri Pastores ac studiosissimi rei huius praecones, quos omnes merita hic laude honestamus; eademque, ut infra, efficacioribus viis rationibusque propositis, ad effectum deduci iubemus.

I. Quicumque sacerdotio initiari cupiunt, non modo in Seminariis sed etiam in religiosorum domibus, iam inde a prima aetate cantu gregoriano et musica sacra imbuantur; propterea quod facilius tum ea perdiscunt, quae ad modulationes sonosque pertinent; et vocis vitia, si fortasse habeant, eradicare vel saltem corrigere queunt, quibus quidem postea, adultiores aetate, mederi prorsus non possent. Ab ipsis primordiorum scholis institutio cantus et musicae incipienda est, ac deinde in gymnasio et lycaeo continuanda; ita enim qui sacros ordines suscepturi sunt, cum iam cantus periti sensim sine sensu facti sint, in theologorum studiorum curriculo, sine ullo quidem labore ac difficultate, altiore illa disciplina institui poterunt quam verissime *aestheticam* dixeris monodiae gregorianae ac musicae artis, polyphoniae atque organi, quamque clerum pernoscere omnino decet.

II. Esto igitur in Seminariis ceterisque studiorum domiciliis, utrique clero recte conformando, brevis quidem sed frequens ac paene cotidiana cantus gregoriani et musicae sacrae lectio vel exercitatio; quae si liturgico spiritu peragatur, solatium potius quam onus, post severiorum disciplinarum studium, alumnorum animis afferet. Auctior ita pleniorque utriusque cleri in liturgica musica institutio id certe efficiet ut ad dignitatem priscam splendoremque *chorale offi-*

cium restituatur, quod pars est divini cultus praecipua; itemque ut *scholae* et *capellae musicorum*, quas vocant, ad veterem gloriam revocentur.

III. Quicumque in *basilicis aedibusque cathedralibus, collegiatis et conventualibus religiosorum* cultum moderantur et exercent, iidem totis viribus contendant ut rite, id est ad Ecclesiae praescripta, *chorale officium* instauretur; neque id solum quod ad commune praeceptum spectat divini officii peragendi *digne* semper, *attente* ac *devote*, sed etiam quantum ad canendi artem attinet; in psallendo enim, et iusta tonorum ratio curanda est una cum mediis suis numeris clausulisque ad sonum exquisitis, et congruens ad asteriscum mora, et plena denique concordia illa in psalmodicis versiculis hymnorumque strophis conclamandis. Quae si egregie efficiantur, omnes rite psallentes, cum suorum animorum in adorando Deo unitatem mirifice ostendant, tum, in moderata, duarum chori partium vice, sempiternam illam Seraphim laudem, qui clamabant alter ad alterum: "*Sanctus, Sanctus, Sanctus,*" aemulari videntur.

IV. Ne quis autem in posterum faciles excusationes praetexat ut ab officio Ecclesiae legibus parendi liberatum se existimet, ordines canonicorum omnes ac religiosas eadem communitates de his rebus in statis coetibus agant; et quemadmodum olim *cantor* erat seu *rector chori*, ita in posterum in canonicorum et religiosorum choris aliquis eligatur peritus, qui cum liturgiae cantusque choralis normas in usum deducendas curet, tum singulorum vel chori universi vitia emendet. Quo in genere praetereundum non est, ex veteri constantique Ecclesiae disciplina atque ex ipsis capitularibus constitutionibus quae adhuc vigent, quotquot ad chorale officium tenentur, eos omnes saltem cantum gregorianum rite pernoscere oportere. Cantus vero gregorianus, in ecclesiis omnibus cuiusvis ordinis adhibendus, is est qui ad veterum codicum fidem restitutus, ab Ecclesia in editione authentica, vaticanis typis, iam propositus est.

V. *Capellas* etiam *musicorum* iis omnibus ad quos spectat commendatas hic volumus, utpote quae, decursu temporum, in antiquarum *scholarum* locum suffectae, eo pacto in basilicis maioribusque templis constitutae sint ut polyphonicam praecipue musicam ibidem efficerent. Quam quidem ad rem, merito *polyphonia* sacra post gregorianum cantum altero loco haberi solet: ideoque vehementer Nos cupimus ut *capellae* huiusmodi, quemadmodum a saeculo

XIV ad saeculum XVI floruerunt, ita hodie illic maxime re-
noventur ac revirescant ubi divini cultus frequentia et am-
plitudo maiorem cantorum numerum exquisitioremque eo-
rum delectum postulant.

VI. *Scholae puerorum*, non modo apud maiora templa
et cathedrales, sed etiam penes minores et paroeciales ae-
des excitentur; pueri autem a *capellarum* magistris ad recte
canendum instituantur ut ipsorum voces, iuxta veterem Ec-
clesiae morem, virorum choris sese adiungant, maxime cum
in polyphonica musica, ut olim, adhibendae sint pro supre-
ma voce, quae *cantus* appellari consuevit. Ex eorum nume-
ro, saeculo praesertim XVI, polyphoniae auctores peritissi-
mi, uti est compertum, prodire, quos inter omnium facile
princeps Ioannes ille Petrus Aloisius Praenestinus.

VII. Quoniam vero didicimus tentari alicubi ut quod-
dam musicae genus resumatur, sacrorum officiorum per-
functioni haud omnino congruens, praesertim ob immode-
ratiorem instrumentorum usum; Nos quidem hic profitemur
cantum cum symphonia coniunctum nullo modo ab Ecclesia
tamquam perfectiorem musicae formam rebusque sacris ap-
tiores haberi; etenim magis quam instrumenta, vocem ipsam
in sacris aedibus resonare decet: vocem nempe cleri, canto-
rum, populi. Neque est autem putandum incremento musi-
cae artis Ecclesiam obsistere, quod instrumento cuilibet hu-
manam vocem anteponat; siquidem nullum instrumentum,
quamvis eximium atque perfectum, in exprimendis animi
sensibus humanam vocem superare potest, tum maxime cum
ipse animus ea utitur ut preces et laudes ad omnipotentem
Deum extollat.

VIII. Est quidem Ecclesiae proprium musicum instru-
mentum a maioribus traditum, *organum*, ut aiunt; quod, ob
miram quandam granditatem maiestatemque, dignum habi-
tum est ut cum liturgicis ritibus coniungeretur, sive cantum
comitando, sive, silente choro, ad praescripta, harmonias
suavissimas eliciendo. At vero in hoc etiam illa vitanda est
sacri et profani permixtio, quae causa cum fabrorum qui or-
gana conficiunt, tum modulatorum quorundam qui novissi-
mae musicae portentis indulgent, huc demum evaderet ut
de ipso ad quem destinatur sine mirificum hoc instrumen-
tum deflecteret. Equidem ad liturgiae normas Nosmet ipsi
optamus ut quaecumque ad organum spectant nova semper
incrementa capiant; sed temperare Nobis non possumus
quin conqueramur quod, uti olim aliis musicae formis quas

merito Ecclesia prohibuit, ita hodie novissimis sanè formis tentetur ut in templum profani spiritus invehantur; quas quidem formas, si gliscere inciperent, facere non posset Ecclesia quin omnino damnaret. Personent in templis ii tantum organi concentus qui maiestatem loci referant ac rituum sanctitudinem redoleant; hoc enim pacto ars tum fabricorum in construendis organis, tum musicorum in eisdem adhibendis, revirescet ad liturgiae sacrae efficax adiumentum.

IX. Quo autem actuosius fideles divinum cultum participant, cantus gregorianus, in iis quae ad populum spectant, in usum populi restituatur. Ac revera pernecesse est ut fideles, non tamquam extranei vel multi spectatores, sed penitus liturgiae pulchritudine affecti, sic caerimoniis sacris intersint—tum etiam cum pompae seu processiones, quas vocant, instructo cleri ac sodalitatum agmine, aguntur—ut vocem suam sacerdotis vel scholae vocibus, ad praescriptas normas, alternent; quod si auspiciato contingant, iam non illud eveniet ut populus aut nequaquam, aut levi quodam demissoque murmure communibus precibus, liturgica vulgare lingua propositis, vix respondeat.

X. In hoc utriusque cleri industria desudet, praeeventibus quidem Episcopis et locorum Ordinariis, ut, per se vel per alios rei peritos, liturgicam musicamque populi institutionem curent, utpote cum doctrina christiana coniunctam. Quod quidem facilius efficietur scholas praecipue, pia sodalicia ceterasque consociationes liturgicis cantibus instruendo; religiosorum autem, sororum ac piarum feminarum communitates alacres sint ad hunc finem assequendum in variis institutis quae sibi ad educandum et erudiendum concredita sunt. Itemque valde ad hanc rem valituras esse confidimus eas societates quae in nonnullis regionibus, ecclesiasticis auctoritatibus obsequentes, musicam sacram ad Ecclesiae leges restaurare contendunt.

XI. Ad haec omnia, quae sperantur, adipiscenda peritis magistris iisdemque frequentissimis omnino opus est. Quo in genere, Scholis et Institutis illis, passim per catholicum orbem conditis, debitas laudes tribuimus; siquidem disciplinas huiusmodi diligenter docendo, praeceptores optimos idoneosque effingunt. Sed maxime memorare hoc loco ac dilaudare placet *Pontificiam Scholam musicae sacrae altius tradendae*, quae inde ab anno mcmx in Urbe a Pio X constituta est. Hanc Scholam, quam deinde proximus decessor Noster Benedictus XV studiose provexit novaque sede do-

navit, Nos quoque peculiari quodam favore prosequimur, tamquam pretiosa Nobis hereditate a duobus Pontificibus relictam, eandemque idcirco Ordinariis omnibus magnopere commendatam volumus.

Equidem probe novimus ea omnia, quae supra mandavimus, quantum studii postulant ac laboris. At vero quis ignorat quam multa opera quamque magno artificio confecta, nullis devicti difficultatibus, maiores nostri posteritati tradiderint, utpote qui pietatis studio ac liturgiae spiritu imbuti essent? Neque id mirum: quidquid enim ab ipsa, quam Ecclesia vivit, interiore vita proficiscitur, mundi huius perfectissima quaeque transcendit. Difficultates coepti huius sanctissimi animos Ecclesiae Antistitum excitent atque erigant nedum infringant; qui voluntati Nostrae concorditer omnes constanterque obsequentes, operam navabunt Summo Episcopo episcopali suo munere dignissimam.

Haec edicimus, declaramus, sancimus, decernentes Apostolicam hanc Constitutionem firmam, validam et efficacem semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, contrariis quibusvis non obstantibus. Nulli igitur hominum liceat hanc Constitutionem a Nobis promulgatam infringere vel eidem temerario ausu contraire.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, in quinquagesimo sacerdotii Nostri natali, die xx mensis Decembris anno MCMXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,

Cancellarius S. R. E.

CAMILLUS CARD. LAURENTI,

S. R. C. Pro Praefectus.

Iosephus Wilpert, *Decanus Coll. Proton. Apostolicorum.*
Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumvi.

Reg. in Cancellaria Apostolica, vol. XXXIX, n. 45 — M. RIGGI.

ecclesiasticae disciplinae custos et vindex, ad remedia graviora manus apponere, aegre quidem sed necessario, compellitur:

Quare de expresso Smi. Domini Nostri mandato Eoque adprobante et confirmante, Sacra Poenitentiaria statuit ac decernit peccatum confessariorum sacramentaliter absolverentium quos quomodocumque noverint factioni «L'Action Française» actu adhaerentes quique ab ipsis, uti tenentur, moniti, ab ea se retrahere renuant, Sanctae Apostolicae Sedi reservari.

Huius reservationis ea vis est ut in illis quoque casibus, in quibus iuxta canonicas dispositiones quaevis reservatio cessat, onus adhuc remaneat praedictis sacerdotibus ad S. Poenitentiarium recurrendi, sub poena excommunicationis specialiter Sanctae Sedi reservatae, intra mensem a die obtentae sacramentalis absolutionis, vel postquam convalescerint si aegroti, et standi eius mandatis.

Ordinariorum erit Superiorumque familiarum religiosorum, graviter onerata eorum conscientia, Decretum huiusmodi ad sacerdotum sibi subditorum certam, ne ignorantiam in excusationem allegare audeant, notitiam, quo opportuniore modo iudicaverint, quamprimum deferre. Qui insimul sciant nihil per hoc praecedentibus hac in re declarationibus ac praescriptionibus detrahi praesertim de procedendo contra inobedientes ad canonicas sanctiones.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 16 Novembris 1928.

L. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Major*.

L. ✠ S.

I. Teodori, *S. P. Secretarius*.

Junta Delegada del Real Patronato Eclesiástico

La Junta Delegada del Real Patronato para la provisión de Prebendas, comunica por orden del Emmo. Sr. Presidente, las vacantes que se expresan a continuación, indicando los turnos o concursos en que las corresponde proveerse:

Deán de Sigüenza: Concurso 5.º de la 2.ª categoría, Dig-

nidades de Sufraganea; *Deán de Plasencia*: Concurso 5.º de la 2.ª, Dignidades de Sufraganea; *Maestrescuela de Tortosa*: Concurso 6.º de la 4.ª, Beneficiados de Metropolitana, Párrocos Muzárabes y Capellanes primeros de San Francisco el Grande; *Ascipreste de Canarias*: Concurso 7.º de la 4.ª, Párrocos de término; *Canonjía de Santiago*: Turno de traslado; *Capellanía de Reyes de Granada*: Turno de traslado; *Canonjía de Ceuta*: Concurso 4.º de la 6.ª, Profesores de Seminario, Instituto, Escuela Normal o Colegio Militar, Vicesecretarios de Cámara y Familiares de Prelado.

Los que reúnan condiciones legales para aspirar a ellas, deberán remitir sus instancias, acompañadas de las testimoniales, que sólo serán valederas por seis meses contados desde la fecha en que fueron expedidas, a las Oficinas de la Junta (Conde de Barajas, 8), Madrid, antes del día 17 de Marzo, en que quedará cerrado el plazo de admisión, rechazándose las solicitudes de cuantos no estén incluidos en el turno o concurso correspondiente a cada vacante.

205.747,45 Pesetas

Esta cantidad ha sido el resultado definitivo de la Colecta del «Día de la Prensa Católica» de 1928 en todas las Diócesis de España, según los datos que ha publicado la Institución Internacional «Ora et Labora».

La colecta de 1928 es superior a la de los doce años anteriores y excede a la de 1927 en 31.274,84 pesetas.

He aquí el pormenor de cada Diócesis.

	Ptas. Cts.	Ptas. Cts.	
Almería	905 90	Ciudad Real	962 15
Astorga	1 030 30	Ciudad Rodrigo	496 15
Avila	1 332 75	Córdoba	14.726 40
Badajoz	4.340 33	Coria	1.628 25
Barbastro	508 58	Cuenca	7.042 00
Barcelona	14.633 00	Gerona	2 435 86
Burgos	807 03	Granada	5.139 72
Cádiz	2.357 30	Guadix	628 80
Ceuta	174 23	Huesca	2.296 29
Calahorra	2.150 66	Jaca	2.237 86
Canarias	2.508 05	Jaén	2.880 70
Cartagena	5.219 64	León	4.130 60

	Ptas.	Cts.		Ptas.	Cts.
Merida.....	1 561	15	Segovia.....	2.319	55
Méjugo.....	856	20	Sevilla.....	11.192	99
Madrid.....	24.000	00	Sigüenza.....	342	86
Málaga.....	1.685	55	Solsona.....	915	00
Mallorca.....	4.003	00	Tarazona-Tudela ...	1 376	00
Ibiza.....	286	02	Tarragona.....	1.894	29
Menorca.....	891	90	Tenerife.....	1.619	60
Mondoñedo.....	1.960	20	Teruel.....	883	00
Orense.....	967	75	Toledo.....	2.695	08
Orihuela.....	1.216	00	Tortosa.....	1 750	00
Osma.....	1.033	80	Tuy.....	1 135	45
Oviedo.....	5.005	05	Úrgel.....	837	20
Palencia.....	1.042	50	Valencia.....	6 180	20
Pamplona.....	6.471	05	Valladolid.....	1 730	03
Plasencia.....	638	75	Vich.....	3 292	80
Salamanca.....	2.142	86	Vitoria.....	17.200	00
Santander.....	2.372	00	Zamora.....	1.038	25
Santiago.....	6.261	29	Zaragoza.....	5 784	03
Segorbe.....	593	50			

DISTRIBUCION

Al Dinero de San Pedro.....	20.524,50
Al Tesoro Nacional de la Buena Prensa.....	41.048,93
Distribuído por los Rvdmos. Prelados entre las publicaciones católicas de su propia Diócesis.....	123.649,56
Reservado (mitad en Toledo y mitad entre todas las Juntas Diocesanas) para repetir, extender y perfeccionar la fiesta.....	20.524,46
Total distribuído, igual al colectado.....	205.747,45

COLECTA DEL DIA DE "EPIFANIA,, DE 1929

PARA LAS MISIONES DE AFRICA

	Ptas.		Ptas.
Peñarandilla.....	12,50	Santiago de la Puebla....	10,00
Coca de Alba.....	9,80	Valdecarros.....	5,00
Ntra. Sra. del Carmen (Salamanca).....	23,85	San Pedro de Rozados ...	7,00
Pedrosillo de los Aires....	10,00	Villamayor.....	3,25
Babilafuente.....	31,65	Santa María de Sando....	5,30
		Villasardo.....	3,35

	Ptas.		Ptas.
Forfoleda.....	13,45	Arrabal (Salamanca)	12,20
Catedral (Parroquia).....	10,00	Arcediano.....	9,30
Poveda de las Cintas.	5,00	Linares de Ríofrío.....	25,00
Cipérez.....	68,65	San Cristóbal de la Cuesta	18,20
Santibáñez de la Sierra...	5,00	Mata de Ledesma.....	5,25
San Pablo (Salamanca)...	5,10	San Pedro del Valle.. .	4,00
Veguillas.....	2,00	Terradillos.....	10,00
Martinamor.....	12,25	Villalba de los Llanos....	9,00
Monterrubio de la Sierra..	2,60	Alaraz.....	10,00
Sancti-Spíritus (Salaman-		Calzadilla de la Valmuza.	21,00
ca).....	12,00	Tavera de Abajo.....	10,00
Doñinos de Ledesma.	3,20	Mozárbez.....	6,00
Porqueriza.....	11,25	Llén.....	9,10
Rinconada.....	5,00	Quejigal.....	11,50
Tamames.....	5,00	Brincones.....	6,40
Villar de Peralonso	13,10	Malpartida.	9,30
Berrocal de Salvatierra...	6,75	Monterrubio de Armuña..	3,00
Madres Carmelitas (Alba		Aldeaseca de idem.....	1,50
de Tormes).....	1,10	Miranda de Azán.....	5,70
Pereña.....	5,80	Mata de Armuña.....	5,00
El Arco.....	4,30	Arapiles.....	2,25
Morille.....	21,00	Vídola (La).....	2,00
La Maya.....	5,00	Villares de la Reina.....	12,00
Clerecía (Padres Jesuítas).	51,35	Peralejos de Abajo.....	5,00
San Martín (Salamanca)..	30,00	Villarino de los Aires.	6,50
Vilvestre.....	6,00	Topas.....	12,00
Vega de Tirados.....	4,00	Encinas de Abajo.....	12,00
Navarredonda de Fuente-		Negrilla.....	2,00
santa.....	4,00	Castellanos de Moriscos...	10,00
Purísima (Salamanca)....	6,00	Morfiño.....	2,50
Vitigudino.....	13,75	Cantalpino.....	4,35
Cubo de Don Sancho	10,00	Los Santos.....	11,30
Galindo.....	3,25	Beleña.....	7,00
Doñinos de Salamanca....	1,50	Espadaña.....	8,00
Garcihernández.....	20,00		
Cilleros el Hondo.....	5,00		
Tejares.....	8,30		
		SUMA.....	790,75

OBRA PIA DE REVILLA DE LA CAÑADA

Habiendo de procederse en el mes de Junio próximo, al primer reparto de rentas de esta Obra pía, del presente año, se anuncia así, en virtud del artículo 26 de los Estatutos, a fin de que las Instituciones de beneficencia particular que tengan opción a sus auxilios, establecidas en Madrid y en las provincias de Avila y Salamanca, puedan dirigir sus so-

licitudes autorizadas con el sello de la Institución y firma de su Jefe o Director, a la Secretaría del Patronato, establecida actualmente en Madrid, calle de la Cruzada, número 4, entresuelo.

Dichas solicitudes se presentarán en el término de dos meses a contar desde el 1.º de Marzo al 30 de Abril, del corriente año.

Terminado dicho plazo, no se dará curso a ninguna instancia, así como tampoco lo obtendrán las que se dirijan a los Patronos por conducto diferente al expresado.

Durante el mismo tiempo, en dicho local y en iguales circunstancias, se admitirán las solicitudes favorablemente informadas por los respectivos Diocesanos de las iglesias y Sacerdotes pobres de las antedichas localidades, que aspiren a ser socorridos con la parte de renta destinada a la celebración de misas en sufragio de las almas de la fundadora Excma. Sra. D.^a Josefa del Collado y Ranero, primera Marquesa de Revilla de la Cañada, de su esposo el ilustrísimo Sr. D. José Caballero del Mazo y padres de ambos.

Madrid, 19 de Febrero de 1929.—El Secretario, *Cándido Vázquez*.

BIBLIOGRAFÍA

Teología popular o Explicación de la Doctrina Cristiana

por el Pbro. D. Julio Bariego de la Puente, Coadjutor de la parroquia de Santiago Apóstol de Valladolid.

Obra en tres tomos de 575, 542 y 580 páginas, de reconocida importancia para Párrocos y Catequistas, porque en ella se encuentra el *Catecismo completo* explicado en forma metódica, sólida y clara para que fácilmente puedan explicársele cada cuatro años a los fieles y sea entendido por todas las inteligencias.

Precio 20 pesetas en rústica y 25 encuadernada en holandesa, mas 0,60 por gastos de certificado. Por tomos sueltos 7 pesetas en rústica, y 8,50 en holandesa, mas 0,40 por gastos de certificado.

Los pedidos al autor (Zúñiga, 29), Valladolid.

Manual para Acólitos y Sacristanes

Agotada en menos de un año la 1.^a edición, ofrecemos hoy a nuestros hermanos en el sacerdocio dos *recensiones* de la segunda: una más breve (184 páginas), que contiene todo lo más necesario; otra completísima de casi 400 páginas, conteniendo además los Maitines de Sábado Santo, Tercia de Dominica, Nona de la Ascensión y Vísperas de las principales festividades del año.

Al ser honrados con algún pedido, es indispensable especificar si ha de ser la edición con Vísperas o sin ellas.

Se ha puesto especialísimo empeño, en que esté limpia de erratas, libre de citas, tenga una impresión impecable y un tamaño verdaderamente manual.

Precio del manual: Sin Vísperas 1,25 ptas. en rústica, 2 pesetas en cartóné; con Vísperas 3 ptas. en rústica, 4 ptas. en cartóné.

Los gastos de envío a cuenta del comprador, y los pedidos al autor, Sr. Cura párroco de Camarzana (Zamora).

NECROLOGÍA

Ha fallecido el Presbítero don Eugenio Gallego Riesco. Pertenece a la *Hermandad de Sufragios espirituales*, pero no se ha acreditado el cumplimiento de las cargas.

El Párroco de Tardáguila don Juan José Marcos, cuyo fallecimiento se publicó en el número anterior; tenía acreditado el cumplimiento de las cargas de Hermandad, por lo que los señores socios aplicarán una misa y tres responsores por el alma del finado párroco.—R. I. P. A.

Ejercicios espirituales para sacerdotes y caballeros

EN LA

RESIDENCIA DE LOS PP. JESUITAS

Empezarán el 9 y 20 de cada mes, a las once y media.
Terminarán el 16 y 27, a las nueve de la mañana.

Cuantos deseen hacerlos, deberán escribir al P. Superior (Serranos, 2, apartado 44, Salamanca) y esperar su contestación.

Salamanca.—Imprenta de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.